

in corpore conjugis, ita quaritur ante carnalem commixtionem, ut matrimonium ratum per secundum consummatum minime dissolvi queat, ut notant Pet. Barbof. in rubric. part. 2. num. 85. ff. solut. matrimon. Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. n. 38. Gail. sup. num. 12. Hermosill. ubi proximè, & probatur ex cap. licet 3. cap. ult. de spons. dnor.

Idem dicendum est de aliis joribus incorporalibus, quæ traditionem non recipiunt; nam cui prius cessa fuerunt, ille obtinebit, quamvis alius postea ea acquirat, & in quasi possessione constituatur; ut volunt Hermosill. num. 21. Aug. Barbof. in d. collectan. n. 16.

Ad Num. 2.

Si res vendatur Ecclesiæ, vel alii pio loco, sive cuiuscunque, in quem dominium absque traditione transferatur, licet alius possessionem postea apprehendat ejusdem rei, in quaestione domini succumbet, sive ante contractum Ecclesiæ, sive post emerit, Morla sup. d. tit. 9. in pralud. n. 51. Fular. num. 32. 34. Hermosill. num. 22. Marta de jurisdict. Eccles. part. 4. quæst. 19. num. 5. Card. Lug. n. 168. & alii omnes allegati, sup. num. 19. Quod utique procederet, etsi alia Ecclesia secunda foret emptrix. Glos. in l. p. n. verb. in rem. C. de Sacrosanct. Eccles. ubi Barbof. in collectan. n. 21.

Sed hoc limitandum est, quando Ecclesia, quæ emit, pretium non solvit, nec venditor fidem de pretio habuit; quia privilegium acquirendi dominium absque traditione intelligitur, si solvatur pretium, aut aliter domino satisfiat. Glos. proximè citata, Greg. Lop. in l. 1. glos. ult. tit. 11. p. 1. Unde si alius emit post Ecclesiam, & pretium solvat, aut satisfiat; & possessionem consequatur antequam illa satisfactionem præster, ipse melioris erit conditionis; ut plane ex dictis colligitur.

Circa quæ est observandum cum Molina sup. quod si quis voluerit, aut promiserit donare, vel vendere Ecclesiæ prædium, deindeque illud in alium alienet; hic præferendus erit; nam etsi ex donatione, & venditione, dominium in Ecclesiam, re nondum tradita, transferatur; non ita ex pacto de vendendo, aut donando, Gregor. Lop. in l. 1. glos. ult. in fine, tit. 1. p. 1. Card. Lug. ubi proximè, vers. Adverte secundo. Unde provenit, ut qui primùm possessionem adeptus est, dominium utique, quod erat penes promissorem, qui vendidit, consequatur.

Ad Num. 3.

Ut cognoscamus, quando in contractibus Principum Supremorum locus sit d. l. quoties, inquirendum est, an Princeps ex contractu dominium rei suæ absque traditione transferat: Nam quoties sic dominium transit, imperialis constitutio admitti non potest, ex proximè dictis, cum primus contrahens semper sit præferendus; at ubi traditio opus est, ibi ea lex suum robur obtinebit. Qua in re D. Covarr. vestigiis inhærendo, tres casus distinguendi sunt.

Primus est, cum Princeps habens condendi leges potestatem exprimit, quod vult, statim dominium rei suæ in contrahentem, sine traditione transferri, & juxta ejus voluntatem, tam in contractibus onerosis, quam lucrativis, proculdubio transibit, quoniam juri censetur derogare, & cum possit lege hoc fieri, ut dominia rerum, semota traditione, transferantur, ut latè probat Anton. Gom. in l. 45. Taur. num. 4. id ipsum maximè circa res proprias licere Principi fatendum est, qui animata lex dicitur, & plusquam illa potest. Bald. in Authent. hoc amplius, num. 10. C. de fideicommiss. Cyriac. tom. 2. controvers. 204. num. 50. Quibus rationibus, ita docent cum D. Covarr. Fachin. dict. lib. 7. cap. 33. vers. Tertius articulus, Molin. de just. tract. 1. disp. 3. num. 18. vers. Quia verò. Tusch. lit. D. conc. 602. n. 96. Chassan. in catalog. glor. mundi, part. 5. considerat. 24. nu. 141. Jaf. in d. l. quoties, col. 2. num. 10. Aug. Barbof. in collectan. ad l. traditionibus, n. 5. C. de pact. Ruin. conf. 32. n. 4. lib. 1. Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. n. 39. Hermosill. in dict. l. 50. glos. 1. n. 25. & alii communiter.

Secundus casus est, si Princeps, nihil circa domini translationem asserens, rem aliquam ex gratia concedat; &

idem quod in specie præcedenti, cum D. Covarr. dicendum est; quia præsumitur ex liberalitate concedentis, quod voluit dominium, non expectata traditione, conferre; ut sustinent Jaf. Tusch. Molin. Chassan. Ruin. Hermosill. ubi proximè, Gail. sup. d. observat. 55. num. 6. Cabed. Lustan. decis. 30. num. 9. part. 2. Avend. in l. 44. Taur. glos. 2. num. 3. Bellug. in specul. Princip. rubric. 22. in princip. num. 8. Hermosill. in l. 7. glos. 3. num. 14. tit. 4. part. 5. Menoch. conf. 331. num. 87. Paris. conf. 11. num. 58. lib. 1. Tiraquel. de nobilit. cap. 57. num. 57. At Fachin. sup. vers. At contrarium, adversus communem docet, dominium ex donatione Principis minime transferri, nisi res tradatur; quoniam in dubio credendum est, Principem se juris regulis conformare; per l. si quando, C. de inoff. testam. & alia jura, quæ refert; & quidem in puncto juris, & opinio hæc probabilitate non caret; tamen à communi recedere non oportet, nisi Rex quid alienum donet, quia traditio desideratur, cum cedat in Tertii præjudicium, Gregor. Lop. in l. 53. glos. 5. tit. 5. part. 5.

Pro qua responderi potest, verum non esse, quod liberalitas Principum juxta juris communes regulas mensuretur, à quibus frequenter excipiuntur, l. donationes 26. C. de donat. inter: l. cum multa 7. C. de bon. qua liber. l. sancimus 34. §. Exceptis, C. de donationib. Unde in aliis actibus censetur Princeps secundum jus disponere, non quando liberalitatem exercet, quæ ex amplitudine dignitatis ultra metas privatarum largitionum interpretanda est, ita ut in dubiis beneficia Principum largissime accipienda sint, c. olim. 16. de verbor. significat. l. fin. ff. de constitut. Princip. Ex quibus colligitur, quod cum possit Princeps dominium rei donatæ solo consensu donatario conferre, id vult, ut se magis munificum ostendat, quia hoc maximè decet Majestatem, d. c. olim.

Non solum autem ex donatione Principis dominium quaritur absque traditione, sed etiam possessio, Menoch. de recuperand. rem. d. 3. num. 277. & conf. 606. numer. 8. Gratian. discept. cap. 310. num. 5. Mieres de majorat. part. 1. q. 26. num. 15. ubi alii. Quamvis aliud dicendum sit, quando privatus in Principem alienat, cui dominium absque traditione acquiritur, argument. d. l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Tusch. dict. conc. 602. num. 95. non sic possessio, ut colligitur ex Glos. verb. in rem, in d. l. ult. quæ ita in Ecclesia decidit, pro qua plures laudat Barbof. in collectan. ibi, num. 22.

Tertius casus est, si Princeps vendiderit, vel ex alio contractu oneroso alienaverit; in quo duplex sententia communis reperitur, una, affirmans dominium in emptorem absque traditionis adminiculo pervenire, quoniam sola voluntas Principis sufficit, cujus contractus vim legis habent, nec juris solemnibus egent; d. l. donationes 26. Ita tenent Gratian. sup. num. 8. Mieres, num. 12. Bosli. in pract. tit. de Princip. num. 67. Natta conf. 398. num. 21. 27. Purpurat. in l. imperium, n. 84. ff. de jurisdict. omni. judic. Hermosill. in d. l. 50. glos. 1. num. 25. vers. Ratio enim est. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 3. tit. 20. num. 50. Noguero. allegat. 14. n. 3. Quod intelligendum est, etsi nihil de domini acquisitione, sine traditione dictum sit.

Contrarium verò cum D. Covarr. tuentur alii: existimantes traditionem omnino in præmissis casu desiderari ad domini translationem, quia Princeps contrahendo jure privati utitur, voluntatemque suam juris dispositioni accommodat. Sic sentiunt Pat. Molin. d. disp. 3. num. 18. vers. Quia verò. Chassan. sup. & in consuetudin. Burgund. rubric. 7. §. 1. n. 19. vers. Pro decimo quarto casu, Cald. in l. si curatorem, verb. l. si n. 109. Tusch. d. concl. 602. n. 96. Gail. sup. n. 7. Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de empt. conc. 2. ex n. 39. Ruin. d. conf. 32. n. 4. Quod verius videtur, & comprobatur ex dictis, sup. n. 28. cum Fachinæo.

Ex quibus omnibus deducitur jam, in primo casu, quando Princeps expressim vult dominium sine traditione transferre; limitandam esse regulam d. l. quoties, quoniam prior contrahens præponendus est posteriori, licet hic possessionem rei consequatur; cum ille prius jus in re obtinuerit; ut sentiunt omnes laudati sup. num. 27. & D. Covarr. in præsent. In secunda specie, quando scilicet Princeps liberalitatem

ralitatem exercet, etsi de translatione domini dictum non sit, similiter asserendum est, priorem donatarium esse potiorum, qui in domini acquisitione prævenit, ut præter allegatos sup. n. 28. notant Bernard. Gravæ. ad prax. Camer. Imperial. lib. 2. conc. 55. num. 1. 2. Narbona in l. 11. glos. 2. num. septimo tit. 5. lib. 7. Recopilat. Rolent. tract. de feud. capit. 6. conc. 10. vers. Certè cum hac distinctio, Barfat. conf. 78. num. 7. Mier. sup. num. 13. Sixtin. de Regalib. lib. 1. c. 5. num. 37.

In ultimo casu, cum Princeps ex causa onerosa alienat, nec de transferendo dominio quicquam decernit, quemadmodum dubium est, an transferatur sine traditione dominium, ut diximus proximè num. 31. 32. ita etiam quaestio est, utrum locus sit d. l. quoties? Negant Gravæ. sup. nu. 5. & in consideratione post d. conclus. 55. in principio, Matilian. in d. l. quoties, num. 117. C. de rei vendicat. & alii qui nituntur opinioni sup. traditæ, secundum quam dominium ex suo contractu Princeps transfert sine traditione. Quibus jungendi sunt laudati sup. n. 31. qui ita proculdubio sentiunt, cum illud probent.

Nihilominus verius est, præfatam constitutionem esse admitendam, ut cum D. Covarr. & allegatis sup. n. 32. probaverunt in specie Fachin. dict. cap. 33. vers. Secundus articulus, Cabed. ubi sup. Aug. Barbof. in collectan. ad d. l. quoties, n. 17.

Non esset ab hoc loco alienum inquirere, quando valeat concessio ejusdem rei, vel venditio per Principem facta: sed ut brevitate consulamus, quia res paucis absolvi nequit, Vide Greg. Lop. in l. 53. glos. 6. tit. 5. part. 5. & ibi Hermosill. plures cumulantem ex num. 5. Gail. d. observat. 55. num. 2. ubi latè probat, nullam esse secundam Principis concessionem, nisi de prima expressim mentio fiat, quantum motu proprio expediatur, quia præsumitur Princeps oblitus primæ gratiæ, vel ab impetrante deceptus; quæ præsumptio probationem in contrarium excludit.

Ad Num. 4.

Omissa controversia asseverandum est, decisionem d. l. quoties, procedere in Ecclesia, vel Ecclesiasticis personis alienantibus ex ratione, quam D. Covarr. rectè perpendit; prout tenent Gregor. Lop. in d. l. 50. glos. 1. in princip. Lessi. de just. lib. 2. capit. 21. dubit. 20. num. 141. Anton. Gom. d. c. 2. num. 20. vers. Sexto & principaliter, Pat. Molin. tract. 2. disp. put. 369. num. 7. Ant. Gab. d. conc. 2. num. 51. August. Barbof. ubi proximè, n. 9. Hermosill. in d. l. 50. glos. 1. n. 19. Fachin. controversiar. lib. 2. cap. 33. vers. Ego posteriorum, ubi latè, Card. Lug. n. 168. vers. Adverte tertio.

Quæ resolutio declaranda est, ut minime procedat, si res Ecclesiæ distrahatur cum licentia Superioris, juxta extravagant. Ambitiose, de reb. Eccles. int. Commun. nam si uni vendatur virtute facultatis obtentæ, etsi ei res non tradatur, prævalebit contra secundum emptorem, qui possessionem fuit consequutus, nisi iterum ad denuò vendendum fuisset concessa licentia. Ratio est, quia per primam venditionem, licet res non traderetur, facultas expiravit, qua deficiente, posterior alienatio non substitit. Quod regulare est, quoties ad alienandum alterius facultas desideratur. Ex quo constituto dict. l. quoties, limitatur per Gregor. Lop. dict. glos. 1. ad fin. ubi Hermosill. nu. 29. Valasc. de jur. emphyteutic. q. 14. num. 9. Aug. Barbof. num. 20. Cald. de extinct. emphyt. c. 10. ex num. 36. quemadmodum de majoratu diximus sup. n. 4.

Ad Num. 5.

Quoties secundus emptor non ignarus prioris contractus rem eandem comparat, quamvis possessionem adipiscatur, non obtinebit contra primum emptorem, cui nunquam fuit tradita; Gregor. Lop. dict. glos. 1. ad med. Molin. num. 9. Morla d. tit. 9. in rubric. num. 50. Lessi. num. 142. Cald. de empr. cap. 26. num. 30. Gail. dict. observat. 55. n. 11. Mozz. sup. cap. de naturalib. empr. numer. 33. vers. Tertium, Anton. Gom. dict. num. 20. vers. Secundò, principaliter, Guttier. de jurament. confirmator. part. 1. cap. 30. num. 8. Ant. Gab. sup. num. 30. Hermosill. n. 27. Ceval. tom. 2. quæst. 756. n. 48. 49.

Merlin. d. quæst. 30. num. 10. Dicalill. num. 267. ubi, quod in foro conscientiæ non est tutus, & alii per Barbof. num. 18. Scientia autem primæ emptionis nocebit, si tempore contractus, aut pretii soluti habeatur; secus si post solutum pretium ante traditionem, nam etsi sciens rem accipiat, nihil ei imputari potest, qui magis sibi prospicere voluit (ne pecuniam perderet) quam primo emptoritur observat Gregor. Lop. sup. Imò idem dicendum est, si quis bona fide emit, posteaque, prætio nondum numerato, sciat rem alteri prius venditam, ex quo recusans pecuniam solvere, se contractu jam inito per Judicem compellatur, quamvis ex defenderit, nulla collusionem interveniente, nam si possessionem hoc casu nanciscatur, potior habebitur primò emptore, cum dolum non admisit; & justè emit, qui authore Prætoris emit: argum. l. justè possidet, ff. de acq. poss.

Ibi: Quod si primus emptionis titulum habeat.

Præterea d. l. quoties, limitatur, quando posterior, cui res traditur, habet titulum lucrativum, prior verò onerosum; nam etsi possessionem nunquam acceperit, & dominium traditione in donatarium sit translatum, competit ei actio revocatoria, per quam ultimam alienationem rescindens rem consequetur, etiam si donatarius ignarus fuisset præcedentis contractus onerosi; ut cum D. Covarr. docent Ant. Gom. dict. numer. 20. vers. ex quo deducitur, Molin. ubi proximè. Palac. Rub. in rubric. de donat. int. §. 8. 1. num. 12. Lessi. sup. Ant. Gab. numer. 32. Aug. Barb. numer. 20. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 8. capit. 18. quæst. 5. Hermosill. numer. 28. Quamquam contrarium tueatur Ant. Fab. de errorib. decad. 85. error. 9. qui opinatur, emptori adversus donatarium revocatoriam non competere: quæ sententia in Principe donante, quod prius alii vendiderat, defendi potest, admissa ea opinione, quod ex contractu oneroso Principis, dominium sine traditione non transferatur; de qua sup. num. 32. quia cum jus in re nondum habeat, facultas tolli per supremam poterit potestatem, maximè, si justa causa intercesserit; de quo vide Hermosill. & ab eo allegatos in l. 53. glos. 3. a numer. 7. tit. 5. part. 5.

Ad Num. 6.

Si pluribus eadem res vendatur, & tradatur, sed non appareat, quis primus possessionem adeptus est, qui prior contraxit, obtinebit; quoniam præsumitur, sicut in contractu, ita in traditione præcessisse; & adversario, qui secundò emit, incumbit probatio, quod prius fuit sibi res tradita, Molin. n. 5. Ant. Gom. vers. Tertio, principaliter limitata, Mozz. sup. n. 34. in fine. Hermosill. d. glos. n. 39. Lessi. n. 143. Ant. Gab. n. 51. Gratian. disceptat. c. 123. n. 4. Aug. Barbof. n. 31. Dicalill. n. 265. Card. Lug. n. 167.

Ibi: Quod verum est ubi uterque.

Videas quæ dicta sunt sup. n. 11. 12. Si inter duos ejusdem rei emptores controversia de dominio sit, quamvis uterque possessionem acceperit, ille superabit, qui prius venditori satisfecerit, pecuniam numerans, aut fidejussore vel pignoribus præstitis. Idem erit, si habita fides sit de pretio; quam declarationem ad proximam conclusionem tradit cum D. Covarr. Lessi. dict. num. 143. Hermosill. Barbof. & alii proximè laudati. Ratio est, quia dominium non quaritur, nisi satisfactione data venditori, ut probavi num. 11.

Hoc tamen limitandum est in emptione rei, quæ vendentis non sit; quo casu non attenditur pretii solutio, sed duntaxat possessionis traditio. Unde si duo à non domino emissent, ille potior erit, qui prior possessionem obtinuerit, sive pretium solverit, sive non; nam quod de pretii solutione dictum est sup. num. 11. 12. solum procedit, vendente domino, l. 50. tit. 5. p. 1. ubi Greg. Lop. glos. 4. 7. Hermosill. dict. glos. 1. cum seqq. num. 42. Ant. Fab. decad. 86. error. 5.



Ad Num. 7.

Ibi: Verè opinantes, priorem in hypotheca.

44 Est inter ceteras insignis limitatio quam in presenti tradit D. Covar. cum scilicet pactum de non alienando in prima intervenit emptione, cum obligatione bonorum ad contractus, & pacti firmitatem; quo fit, ut licet postea eadem res tradatur ex venditione, vel alio contractu, primus contrahens præferatur, quia prius jus in re obtinuit, nec potuit dominium in alium propter vim pacti, & hypothecæ transire, maxime si fuerit specialis ipsius rei, quæ venit; ut asserunt Castill. *controverf. lib. 5. cap. 80. num. 25.* Anton. *Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 20. vers. Quarto, principaliter limita.* Guttier. *d. cap. 30. num. 7.* August. *Barbol. n. 21.* Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 84. vers. Secundo ex hoc.* Cald. *de emption. cap. 26. num. 37.* Morla *d. tit. 9. de cont. empt. in rubr. num. 49.* Hermosill. *num. 32.* Quod utique observandum est, si cum tali pacto generalis bonorum hypotheca jungatur, prout D. Covar. sentit, qui indistinctè obligationem, sive hypothecam sufficere, ait; quem sequuntur Castill. *sup. Merlin. d. lib. 4. quæst. 30. num. 28.* ubi alii; est aliis valde controversum sit, an pactum de non alienando cum generali hypotheca, impediat dominii rei obligatæ translationem? ut videre licet apud Hermosill. *in l. fin. glof. 2. à n. 2. tit. 5. p. 5.*

Imò id ipsum verum est, si omisum fuerit pactum de non alienando, solumque hypotheca specialis rei venditæ intercesserit ad implementum contractus, adhuc enim cum primus emptor hypothecarius jus in re consequatur, eam à sequenti, cui sit tradita, advocare poterit; Merlin. cum multis *sup. a. num. 3.* Less. *de just. lib. 2. cap. 21. dub. 1. 20. num. 141. vers. Secundo, non habere.* Thefaur. *quest. non forens. lib. 4. quæst. 64. num. 2.* Guttier. *num. 2.* Molin. *d. disp. 369. nu. 8.* Magon. *Lucens. decis. 21. num. 4.* Mozz. *sup. nu. 3.* Ferrat. *in tract. cautelar. caut. 48. num. 4.* Bart. *in l. qui absenti. §. 1. in fine. ff. de acquir. poss. Rota decis. 308. à num. 6. part. 5. recent.* Cald. *Lug. sup. num. 168. vers. Nec etiam procedit.* Nec refert, aliter sentire Castill. *sup.* & alios, quos refert, & sequitur Hermosill. *in d. l. 50. glof. 1. num. 34. §. 5. tit. 5. part. 5.* eo quod sola hypotheca translationem dominii impedire non valet; atque ita primus emptor duntaxat hypothecariâ obtinebit; ut sibi res tradatur, non ut eam acquirat ut dominus, sed ad retentionem jure pignoris, donec sibi interesse solvatur, ut inquit Hermosill. Sed pro prima sententia responderi potest ex Merlin. *sup.* quod etsi dominium in secundum emptorem transferatur per traditionem, res cum sua causa, & onere vadit; quæ cum sit obligata pro firmitate, & implemento contractus, quod in acquisitione ejus, quod emittitur, consistit, *cum manu facta, §. fin. ff. de cont. emption. primus emptor rem ipsam sibi capiet, nec tenebitur, interesse accepto, eandem secundo restituere, qui dominium cum hac qualitate revocationis quæsit.* Quæ comprobari possunt ex dictis *sup. num. 4.* quemadmodum enim venditor tenetur præcisè tradere, quoties potest: ita etiam cum res ipsa obligatur ad contractus implementum, si haberi possit, emptori est præstanda; quod jus in re jam radicatum, per subsequenter alienationem venditoris auferri non licuit, *l. id. quod nostrum. ff. de reg. jur.*

46 Quam communem resolutionem, ampliabis ad generalem bonorum obligationem, quæ satis erit, ut primus emptor similiter præponatur; Merlin. cum aliis, *n. 4.* maxime accedente juramento, idem *n. 5.* Vincent. Mancin. *de jurament. effect. 175.*

47 Hæc ita vera sunt, ut procedant, quanquam secundus emptor cum pacto eodem, ac hypotheca contraxisset, & possessionem rei prius obtinisset. Merlin. *n. 6.* Guttier. *n. 2.*

48 Sed si in primo contractu nulla sit hypotheca, licet venditor non alienare promiserit, si alteri vendat, & tradat, hic erit potior, per dict. *l. quoties;* cum per pactum illud, nec jus in re quærat, ut notum est, nec dominii translatio impediatur; Castill. *sup.* Hermosill. *ubi proxime, numer. 34.* Anton. *Gom. sup. vers. Quinto principaliter.* Merlin. *ex n. 12.* ubi plures casus congerit, in quibus pactum prædictam impedit dominii translationem.

Ubi res eadem duobus obligatur, qui prior est tempore potior est jure, quamvis posteriori res tradatur; ita habetur expressim in *l. creditor 12. §. fin. alias l. si prior 13. §. fin. ff. qui potior. & tenent Ant. Gom. d. n. 20. vers. Septimo principaliter.* Merlin. *de pignorib. lib. 4. q. 203. n. 2.* Negulant. *eod. tract. part. 5. memb. 1. n. 46.* Guttier. *ubi proxime.* Mantie. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 2. num. 2.* Molin. *d. disp. 369. n. 8.* Pacific. *de Salvian. interd. in spect. 3. cap. 2. n. 522.* Bolaños *in commerc. terrestr. part. 2. lib. 2. cap. 12. n. 47.* Oportet tamen ut ad secundum creditorem perveniat, quod excutiantur bona debitoris *l. 14. tit. 13. part. 5.* ubi Greg. *Lop. glof. 5.* Ex quibus deducitur, in hypothecis locum non habere decisionem *d. l. quoties,* quoniam absque traditione jus in re quæritur creditori, ut advertunt Merlin. Molin. & alii, *sup.* Imò si rem quis vendat, eamque postea obliget, ac obligatam emptori tradat, creditor jus hypothecæ in re alienata illibatum habebit, ut præferatur emptori; *Glof. in l. 1. verb. perfectam, C. de jur. Fiso. lib. 10. Bolaños ubi proxime, lib. 2. capit. 3. numer. 36.*

Verf. Octavo, non est præmittendum.

Si quis cum dominus non sit, vendat, ac tradat rem, potestæque ejus dominium nanciscatur, ille, cui fait tradita, dominus efficitur ex contractu, ac traditione præcedenti, quæ per supervenientem titulum confirmatur, Ant. Gom. *d. ver. Septimo, principaliter.* Fachin. *controverf. lib. 7. c. 33. vers. Primus articulus.* Didac. Brito *tract. de locat. in rubric. part. 2. §. 4. n. 5.* Quod procederet, etiam si emptor sciret, rem alienam esse, quia venditio talis adhuc inter scientes valet, nisi factiva sit, *rem alienam ff. de cont. emption. l. 19. tit. 5. part. 5.* ubi Gregor. *Lop. glof. 1. & ibi Hermosill. latè ex n. 2.* Quid in pignore? docet Merlin. *sup. lib. 2. q. 2. & videas, quæ notavimus sup. n. 3. ad fin.*

Verf. Nonò, eadem profectò ratione queritur.

Est præmittendum, in locatione ad longum tempus, id est, ad decennium, vel ultra, dominium utile in conductorem transire, ut dictum fuit *sup. hoc lib. c. 16. num. 10. 15.* Quare cum per traditionem jus in re accipienti acquiratur, dubium non est, quin in illa locus sit constitutioni *d. l. quoties,* ut notarunt Castill. *d. c. 89. n. 44.* Mozz. *sup. tit. de locat. cap. de naturalib. locat. n. 11.* Tusch. *lit. L. conc. 429. n. 2.* Cardos. *in præjudic. verb. emptio, n. 17.*

In locatione verò ad modicum tempus cessat prædicta ratio, quia conductor jus in re non quærit, *l. non solet. ff. locat.* quare dubitari solet, quis præferendus sit ex duobus conductoribus, quorum unus prior contraxit, alter verò posterior, sed huic res locata tradita est, quam ille non accepit? & cum D. Covar. Card. *Lug. sup. n. 166.* Salas *de contractib. tract. de emption. dub. 46. num. 3.* & communi tenendum est, quod si secundus conductor rei, quam recepit, insistat, & à primo conveniatur, poterit se defendere; quoniam etsi dominus non sit, nec proprio nomine possideat, sufficit illa detentatio, vel alii, qui in ea non est, præponatur, cum secundus conductor nullam adversus eum actionem habeat, absque qua nemo in judicio permittitur experiri; ut asseruimus *lib. 1. cap. 6. num. 6.* Secus, quando ipse, cui fuit res tradita, concurrat cum primo conductore agens, vel ab eo petit; tunc enim superabitur ex ratione tradita, scilicet, quia per traditionem jus in re nullum comparavit. Ita docent Anton. *Gom. d. c. 2. n. 20.* Greg. *Lop. in d. l. 50. glof. 1. post princip.* Flores de Mena *in addit. ad Gam. decis. 130.* Marta *in votis decis. vot. 25. à n. 12.* Hermosill. *d. glof. 1. n. 3.* 4. Anton. *Fab. de errorib. deced. 3. error. 10. n. 24.* Bolaños *sup. part. 2. lib. 3. cap. 5. nu. 6.* Aug. *Barbol. cum aliis, in collectan. ad d. l. quoties. n. 7.* Quod itidem procedit in locatione operarum, nam ille potior erit, cui primum ceperint exhiberi, modò ab exhibitione cessatum non sit; Ant. *Fab. n. 25.* Bolaños *sup. c. 2. n. 11.*

Sunt nihilominus qui à communi recedunt, opinati, primum conductorem præferendum esse secundo, quamquam hic in possessione rei utique locata sit; ut Gam. *d. decis. 130.*

decis. 130. n. 1. Ceval. *tom. 2. quæst. 756. num. 58.* Tusch. *Mozz. & Cardos. ubi proxime,* quibus assentiendum non est.

54 Ubi autem neutri res tradita est, tunc proculdubio prior tempore, potior est jure, quemadmodum in venditione observatur; Bald. *in l. emptorem, col. 2. C. de locat.* Molin. *d. disp. 369. num. 1.* Bolaños, *d. num. 6.* & alii *sup.* At communis conclusio limitatur, quando primus conductor cum hypotheca etiam generali contraxit, qui poterit à secundo possidente rem advocare, Ant. *Gabr. n. 29.* Mena, *Fab. Gama sup. Hermos. n. 5.*

Verf. Decimò, an sit locus.

55 Si quis rem venderit Titio, jurejurando contractum confirmans, ac deinde eandem Sempronio vendat, & tradat, Sempronius potior erit: juxta *d. l. quoties,* quæ, etiam si jurata sit prima venditio, procedit; nam etsi venditor deterius faciat violans religionem juramenti, actus tamen, cujus naturam juramentum non immutat, subsistit, nec secundo emptori iniquitas aliena nocere debet. Ita docet D. Covar. *de sponsalib. part. 1. cap. 5. in princip. n. 10.* Molin. *sup. nu. 10.* Anton. *Gom. ubi proxime, vers. Septimo principaliter.* Less. *d. dubit. 20. n. 140. vers. Dico secundo.* Morla *sup. n. 48.* Sanch. *in Decalog. lib. 3. c. 17. num. 17.* Menoch. *conf. 84. n. 29.* Rebell. *de obligat. justit. lib. 9. q. 17. sect. 3. n. 22.* Anton. *Gab. n. 3.* Mantie. *sup. lib. 4. tit. 3. nu. 7.* Hermosill. *n. 8.* Guttier. *d. cap. 30. nu. 4.* Pet. *Barbol. in rubric. part. 2. n. 85. ff. solut. matrimon. Roland. conf. 6. n. 24. lib. 1.* Aug. *Barbol. sup. n. 10.* ubi alii, *Dieastill. n. 266.* Card. *Lug. num. 166.*

56 Idem juris erit, si in venditione adjiciatur pactum de non alienando cum juramento, adhuc enim secundus emptor, cui tradita sit res, præferetur; Guttier. *d. num. 4. ad fin.* Ferrar. *d. caut. 48. n. 2.* Roland. *n. 25. 26.*

57 Addit. D. Covar. *ubi proxime,* quòd juramentum primæ venditioni adjectum operabitur, quòd prior emptor possit se opponere, ne res sibi vendita alteri tradatur, quod absque juramento non liceret; ut sentiant Bald. *in cap. 1. num. 3. tit. quid sit investit. in usib. feud. Jal. in d. l. quoties, num. 3.* Anton. *Gom. sup. vers. Quinto, principaliter,* Mantie. *in l. 7. glof. 6. n. 24. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* quos refert, & sequitur Hermosill. *n. 19.* Nihilominus D. Covar. assertionem æquissimam, ac probabilem credo, nedium juramento interveniente, sed etiam eo secluso, præmissa communi sententia, quam *sup.* cum D. Covar. probavimus, *num. 14.* nam cum venditor teneatur præcisè ex vi contractus ad rem tradendam, etsi validè secundò alienet, iniquè facit, & malitiis hominum indulgendum non est, sed obviandum; *l. in fundo 39. ff. de rei vendicat.* maxime cum contractus sit bonæ fidei, in quo potius attendendum est, quòd bonum sit, & æquum, quàm juris stricta observatio, sub qua solet perniciosè errari, ut ait Consultus, *in l. si servum 91. §. Sequitur, ibi: Esse enim hanc questionem de bono, & æquo, quo in genere plerumque sub auctoritate juris scientia perniciosè erratur. ff. de verb. obligat.* Nec assequor rationem, propter quam primus venditor agere non possit, ut sibi fides servetur, & ut præferatur secundo emptori, quo potior est jure.

58 Nec satis facit, quòd tradit Anton. *Gom. sup.* nam etsi venditor per secundam alienationem dominium, sequuta traditione, transferat, id illicitè facit, & juris naturalis, & civilis observationem violat, dum fidem frangit, & ideò punitur, ut statim dicemus, secunda enim venditio, & alienatio, est ex illis, quæ etsi prohibeantur fieri, facta tenent, ut plurima alia in jure reperiuntur; *l. patre furioso 8. ff. de iis, qui sui, vel alien. jur. sunt.* ubi notatur, alioqui nullam poenam mereretur, si jure permittente venderet; *l. Gracchus 4. C. ad leg. Jul. de adulter.* Undè primus emptor audiendus erit, si, ut jus suum tueatur, petat, ut per Judicem secunda alienatione prohibita, sibi, qui potior est, res tradatur, ut fraus venditoris evitetur.

Alium effectum juramenti tradit *ibidem* D. Covar. *dict. n. 10.* scilicet, quod emptor primus extrajudicialiter venditorem interpellet, & sic à venditione, vel traditione futura ad Judicem Ecclesiasticum appellet, cujus forum ratione

juramenti secularis sortitur, *cap. fin. de for. compet. in 6.* Quo fiet, ut alienatio, tanquam appellatione pendente, sit nulla *cap. bona memorie 51. de appellat.* de quo per D. Covar. *prædict. car. cap. 24. n. 5.* Appellari enim extrajudicialiter à futuro gravamine potest, Sigismund. *Scaccia de appellat. q. 5. n. 115.*

Ad præmissorum intelligentiam, & *d. l. quoties,* declarationem, nonnulla pro coronide addere opus est. *Primo,* decisionem *d. l. quoties,* & quæ circa eam dicta sunt, locum habere, etsi venditor dominus non sit rei venditæ, *l. si venditor 11. §. Si duobus. ff. de publician. in rem act.* Ant. *Gom. d. n. 20. vers. Tertio, principaliter extende.* Gregor. *Lop. in d. l. 50. ubi textus. glof. 6. tit. 5. part. 5.* Anton. *Gab. d. conc. 2. num. 9.* Sed si à diversis non dominis duo emerint, ille præferatur, qui possidet, cum de re in judicio experitur, *d. §. Si duobus.* Aliquando tamen solet interesse, an dominus sit, qui duobus vendit, vel non, videbis *sup. n. 42. & 43.*

Secundò, quòd si res vendatur Cajo sub conditione, ipsique tradatur, non ut statim ejus fiat, sed adveniente conditione, posteaque eadem Sempronio puidè vendatur & tradatur, etsi conditio postea adveniat, Cajus succumbet, nec est retroractioni locus; Aug. *Barbol. in collectan. ad d. l. quoties, n. 26.* & faciunt quæ sunt *sup. n. 7.*

Tertiò, vendentem rem eandem duobus, crimen committere, & poena falsi coerceri, *l. 7. tit. 7. part. 7.* ubi Gregor. *Lop. Molin. d. disp. 369. n. 2. in fine.* Ceterum eum stellionatus reum fieri, atque ita pro Judicis arbitrio puniendum, docent latè Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cap. 381. ex n. 7.* Farinac. *in prax. crimin. q. 150. de falsitat. & simulat. n. 219.* cum seqq. qui multipliciter limitant, & inter alias illa est insignis limitatio, quòd si emptor tempore debito pretium non solvat, licebit venditori rem venditam alii distrahere, quod præter eos adnotarunt Gratian. *disceptat. c. 523. ex n. 5.* Surd. *decis. 220. n. 16.* 17. Hermosill. *d. glof. 1. n. 45.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 13. numer. 6.* ubi ampliatur, etsi res emptori tradatur, August. *Barbol. num. 28.* quo casu, posterior emptor etiam absque traditione præponatur priori, quia à primo contractu recessum est ob ejus culpam.

Præterea non incurret poenam vendens duobus rem eandem, si per errorem id faciat, existimans secundum emptorem esse illum, cui prius venderat, quia in delictis non inspicitur eventus, sed voluntas; *l. Divus 14. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* quem casum proponit Gregor. *Lop. in dict. leg. 50. glof. 1. post princip.* docens non esse locum *dict. leg. quoties,* si venditor eo errore ductus rem iterum vendat, & tradat alteri, putans primum emptorem esse; opinatur enim, non obstante traditione potior esse, qui primò contraxit (De qua limitatione potest dubitari, nisi dolo secundi emptoris venditor deciperetur, qui cum causam contractui dedisset, nulla esset venditio, *leg. eleganter 7. ff. de dol. ex quo jus in re nunquam dolo quæsitum est, ut primo, qui validè emit, præferatur;*) nec enim error ille circa personam emptoris irritat venditionem, cum non veretur quoad substantialia contractus, etiam si aliàs venditor non esset contracturus, Sanchez *de matrimon. tom. 2. lib. 7. dispensation. 18. numero duodecimo.* Franc. de Lug. *in princip. Moral. lib. part. 2. capit. 5. question. 1. num. 1.* Guttier. *de matrimon. capit. 89. num. 2.* Atque ita videtur dictæ legi, *quoties,* locus est, ut posterior emptor præferatur.

AD CAPUT XX. ET ULTIM.

De Immunitate Ecclesiastica.

SUMMARIUM.

- 1 DD. de immunitate agentes.
- 2 Immunitatis etymologia.
- 3 Quotuplex sit.
- 4 Immunitatis violator habetur, qui Ecclesiasticorum exemptiones infringit.
- 5 Inter immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam discrimen.